Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38233
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

abrahae quifidem sequitur: pquā dō digni exstitit abraham;
Unde ait: circū cisiotua pputiū factae; Ideō gentili similis factus
est: non credens in eū. qui circū cisionis filius promissus ē abrahae;
Si igitur pputiū iustitias legis custodiat: nonne praeputiū illius
in circum cisionē reputabitur; Iustitia legis: fidē ē in xpō.
Sicut alio loco dicit; Finis legis xpūs: ad iustitiā omni credenti;
Ideo manifestum ē: quia si gentilis credat in xpm: Si filius abra
hae quiē pat fidei: & iudicabit quod ex naturae: pputiū legem
pficiens: de qui p litteram & circum cisionē puaricator est legis;
Credens dilexit natura: xpm: condemnat iudaeū cui lex promisit
xpm: & ñ illū recepit; quanta ergo gentilis digni ē gloria: qui p solam
naturā intellexit auctorem; Sicut dicit p&rus apls; Auctorē uero
uitae interfecistis; tanto magis puniendus iudaeus ē: qui neq; per
naturam: neq; p litterā: xpm agnouit auctorē; Non enī qui in
manifesto iudaeus ē: neq; palam in carne circū cisio: sed qui in occulto
iudaeus ē: & circū cisio cordis in spū: ñ littera: cuius laus ñ ex homi
nib; sed ex dō ē; Non ē obscurū: quia circū cisionē carnis negat
laudem habere apud dm; Nec enī abrahā ideo iustificatus ē: quia
circū cisus ē: post ea aū circū cisus ē; cordis aū circū cisionē. Lau
dabilem esse apud dm; Circū cidere enī cor: sublata nebula: agnos
cere ē auctorem; & quia circū cisus corde fuerat Primū moyses:
ait; circum cidite duritiā cordis uri; Et hieremias similiter circū cidite
praeputiū cordis uri; uelamē enī circa cor: quod conuertur ad dm
circū cidit; qui a fide ablatus est nebulā erroris: & tribuit p fide tā di
cognitionē in mysterio trinitatis qd incognitū erat ante;
Huius ergo circū cisionis laus ex dō ē: occulta hominib;: cordis enim
meritum ē: quod aspicit dīs ñ carnis; Iudaeorq laus ex hominibus
ē: gloriantur enī in carnis circū cisione: quod ex patrib; sit;
Unde alio loco inter cētera ait.; & gloria in pudendis eorq: quī terrena
sapiunt; Hoc ē qui circū cisionē carnis gloriā putant; Terrena enī